

Similis formæ Syllogismum habet Steu-
getius p. I, c. 6.

24. O. qui dicit te esse hominem, verum
dicit.

Q. qui dicit te esse furem, dicit te esse ho-
minem,

E. qui dicit te esse furem, verum dicit.

Possent hæc etiam ad Fallaciam à Dicto se-
cundum quid ad Dictum simpliciter referri.

25. Constituens est præstantior constituto:
Subditi constituunt principem:

E. Subditi præstantiores sunt principe.

Resp. Ambiguitas est in voce *constituens*.
Constituens duplex est vel *principalis*, qvi
aliquem constituit infra se ad serviendum.
Qvomodo dominus constituit servum,
domina ancillam. Vel *ministerialis*, qvi
aliquem constituit supra se ad imperan-
dum vel regendū, qvo modo Discipulus
constituit Præceptorem, & subditi Regem
vel Principem. Unde patet, qvod *consti-*
tuens principalis sit præstantior constituto;
ministerialis vero non item.

26. Quo